



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Dispytatio LIV. De inclusionem mutuâ Relationum & Essentiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

DISPUTATIO LIV.

De inclusione mutuâ Relationum & Essentia.

SUPRA, Disputatione quartâ, sectione secundâ & sequentibus latè disputavi, utrùm *Attributa absoluta, Iustitia, Misericordia, &c. in Essentiâ, & hæc vicissim in illis includatur, argumentis ulro citroque in utramque partem adductis. Et quamvis hæc de mutuâ Relationum & Essentia inclusione, maximam cum questione illâ habeat connexionem, ejus tamen discussionem huc remisi, utpote hujus loci propriam.*

SECTIO PRIMA.

Utrùm Relationes in Essentiâ, & hæc in Relationibus includatur.

I. Status questionis proponitur.



QUÆSTIO non procedit de reali inclusione, & prout se habent à parte rei, sic enim & Relatio quævis includit Essentiam, & Essentia Relationes, hæc namque inclusio aliud nihil est, quàm realis identificatio. Quod ergo hic inquirimus est, utrùm ratione nostrâ concipi Essentia possit, non conceptis Relationibus, & econtrâ; si enim hoc fieri possit, nec Relationes Essentiam, nec Essentia Relationes in suo conceptu includit.

II. Prima sententia affirmat & Relationes in Essentiâ, & hanc in Relationibus ita includi, ut nec Essentia sine Relationibus, nec hæc sine Essentiâ concipi possint: ita Bannez hic, q. 28. art. 2. dub. 3. Valentia i. p. disp. 2. q. 13. punct. 1. & alii.

Prima itaque sententia affirmat & Relationes in Essentiâ, & hanc in Relationibus ita includi, ut nec Essentia sine Relationibus, nec hæc sine Essentiâ concipi possint: ita Bannez hic, q. 28. art. 2. dub. 3. Valentia i. p. disp. 2. q. 13. punct. 1. & alii.

III. Secunda sententia econtrariò aserit, nullam hic dari hujuscemodi inclusionem, sed & Essentiam sine Relationibus, & hæc sine Essentiâ concipi posse: ita Scotus in 1. dist. 2. q. 7. Gab. ibidem, q. 1. art. 1. Gregorius in 1. dist. 33. art. 2. Concl. 4. Molina hic, q. 28. art. 2. disp. 6. Vasq. i. p. disp. 121. Tannerus hic, disp. 4. q. 3. dub. 3. num. 7. & 9. Arriaga i. p. d. 48. sect. 3. num. 10. & alii.

Secunda sententia econtrariò aserit, nullam hic dari hujuscemodi inclusionem, sed & Essentiam sine Relationibus, & hæc sine Essentiâ concipi posse: ita Scotus in 1. dist. 2. q. 7. Gab. ibidem, q. 1. art. 1. Gregorius in 1. dist. 33. art. 2. Concl. 4. Molina hic, q. 28. art. 2. disp. 6. Vasq. i. p. disp. 121. Tannerus hic, disp. 4. q. 3. dub. 3. num. 7. & 9. Arriaga i. p. d. 48. sect. 3. num. 10. & alii.

IV. Tertia sententia inter duas priores media.

Tertia sententia docet, Relationes quidem non includi in Essentiâ, hanc tamen in Relationibus includi: illam proinde dicunt hujus sententiæ auctores sine Relationibus concipi posse, hæc sine Essentiâ non posse: ita Zumel hic q. 28. art. 2. q. 3. Suarez lib. 4. de Trin. cap. 5. 6. 7. & 8. Arrubal hic, disp. 101. Granado i. p. disp. 4. sect. 2. num. 8. & alii.

V. Nec Essentia Relationes, nec hæc Essentiam includunt.

Mihi conformiter ad ea, quæ suprâ, disp. 4. citatâ, sect. 2. & sequentibus asserui de prædicatione Dei absolutis, dicendum videtur cum auctoribus secundæ sententiæ, nec Relationes in Essentiâ, nec Essentiam in Relationibus includi, adeoque & Relationes ab Essentiâ, & hanc à Relationibus posse conceptu nostro præcindi.

VI. Probatur Relationes non includi in Essentiâ.

Prima pars, quod scilicet Relationes non includantur in Essentiâ, probatur primò: qualibet namque Persona divina habet Essentiam, seu na-

turam divinam; sed quælibet Persona non habet omnes Relationes, Pater enim non est Filius, aut Spiritus Sanctus, nec econtrâ: & juxta Concilium Florentinum in literis unionis, ut vidimus Disputatione præcedente, Pater omnia dedit Filio, præter esse Patrem, Pater autem est Pater per Paternitatem.

Probatur secundò: singulæ divinæ Personæ sunt Deus: ergo singulæ illa omnia habent, quæ spectant ad essentialem conceptum Deitatis: ergo Relationes ad hunc conceptum non pertinent, sic enim æquè de Patre diceretur, est Filius, & econtrâ, ac est Deus.

Probatur tertio: Concilia, siquidem & Patres communia in divinis distinguunt à propriis, absoluta à relativis, ergo relativa, seu propria non sunt de conceptu essentiali absolutorum: si enim essent, non magis ab iis præcindi possent, & sine iis concipi, quàm homo concipi sine rationalitate. Confir. si Relationes essent de conceptu essentiali Essentiæ, essent omnes tres Relationes de conceptu essentiali singularum Personarum, cum Essentia sit de earum Essentiâ, sicque unaquæque Persona non minùs esset Trinitas, quàm unaquæque est Deus.

Secunda verò Conclusionis pars, quod nimirum Essentia non includatur in Relationibus, probatur argumento proximè allato: sicut enim Patres absoluta in divinis distinguunt à relativis, ita relativa distinguunt ab absolutis: ergo si argumentum ductum ab auctoritate Conciliorum & Patrum valet, tam concipi Relativa possunt sine absolutis, Paternitas exempli gratia, aut Filiatio sine Essentiâ, quàm hæc sine illis. Confir. nihil apud Patres frequentius, quàm Personam divinam constitui ex Essentiâ & Personalitate; ergo à se invicem ratione distinguuntur.

Probatur secundò: si namque Essentia sit de formali & essentiali conceptu Filiationis, & hoc sensu in eâ includatur, sequitur Naturam, seu Essentiam immediatè terminare unionem hypostaticam, quod tamen passim à Theologis negatur. sequela probatur: ideo enim prædicatum entis in Filiatione inclusum, immediatè terminat unionem hypostaticam, quia est de formali & essentiali conceptu Filiationis: si ergo de ejusdem conceptu sit Essentia, seu Natura divina, eodem etiam modo terminabit unionem, quod tamen, ut dixi, à Theologis nullâ ratione admittitur: ergo Essentia non includitur in Relationibus, nec est de essentiali

VII. Ostenditur Relationes non spectare ad conceptum Essentiæ.

VIII. Concilia distinguunt absoluta à Relativis.

IX. Probatur Essentiam non includi in Relationibus.

X. Sequitur naturam divinam immediate terminare unionem hypostaticam.

Quicquid est de essentiali conceptu Filiationis terminat unionem hypostaticam.

essentia earum conceptu. Ad hanc etiam conclusionem probandam faciunt ea, quæ supra, disp. 4. sect. 2. adduxi ad ostendendum Essentiam non includi in prædicatis absolutis,

SECTIO SECUNDA.

Solvuntur argumenta pro inclusione Relationum & Essentia.

I. *Pater non aliam inclusionem admittit, quam identitatem realem.*

PRO sententia itaque asserente inter Relationes & Essentiam dari inclusionem mutua, ita ut Essentia sit de conceptu essentiali Relationum, & econtrâ, varia asseruntur Sanctorum Patrum testimonia, qui hoc asserere videntur. Respondetur tamen, Patres aliam in his inclusionem non docere, quam identitatis realis; nec enim eorum intererat minutim adeo procedere, & ad speculationes hæc metaphysicas descendere, ut in simili latè ostendi supra, disp. 4. sect. 4. num. 6. & sequentibus.

II. *Quid de particularibus quibusdam propositionibus sententiam.*

Circa particulares autem quasdam propositiones, veræne sint an falsæ, formales an tantum identicæ, ut *Pater est Deus: Deus est Pater: Paternitas est de essentia Patris: Deus est Trinitas: Trinitas est Deus: Pater est Pater: Pater est Persona divina: hæc persona est Pater*, & similes, videatur S. Thomas hic, q. 39. art. 5. & 6. Cajetanus t. p. q. 30. a. 4. Scotus in 1. dist. 23. q. 1. Suarez lib. 4. de Trin. cap. 6. & alii.

III. *Obij. est de Essentia Dei esse Trinum, sicut est esse Trinum.*

Pro inclusione etiam Relationum in Essentiâ arguitur ulterius: de Essentia enim Dei est esse trinum, ergo de conceptu illius essentiali sunt omnes tres relationes, per illas enim constituitur formaliter trinus. Confir. primò: non magis est Deo essentialia esse trinum, quam esse unum, sed hoc est ei omnino essentialia: ergo tres illæ relationes sunt de Dei Essentiâ. Conf. secundò: Essentia divina est entium omnium, quæ cogitari possunt, ens perfectissimum, ergo includere in se debet omnes tres Relationes.

IV. *Essentia est ens perfectissimum.*

Ad argumentum Respondetur, esse quidem radicaliter de Essentiâ Dei ut sit Trinus, hic tamen non est formalis conceptus essentia, sed esse intellectivum, aut quid simile, juxta diversas sententias, supra positas: & eodem modo respondetur ad primam Confirmationem. Ad secundam Confirmationem negatur consequentia: si enim Essentia in se formaliter includeret omnes tres Relationes, destrueretur hoc mysterium; nulla enim Persona posset habere essentiam, cum Relationes sibi sint oppositæ, sicque in eandem Personam cadere nequeant: ergo nulla etiam Persona haberet Essentiam, vel si haberet, quælibet Persona esset Trinitas, ut latius ostensum est sectione præcedente, num. 6. 7. & octavo. Ad perfectionem ergo infinitam Essentia sufficit, quod Relationes contineat identicæ, sitque ratio- nem nostrâ earum radix, & fundamentum.

IV. *Est de Essentia Dei esse trinum radicaliter.*

Ad argumentum Respondetur, esse quidem radicaliter de Essentiâ Dei ut sit Trinus, hic tamen non est formalis conceptus essentia, sed esse intellectivum, aut quid simile, juxta diversas sententias, supra positas: & eodem modo respondetur ad primam Confirmationem. Ad secundam Confirmationem negatur consequentia: si enim Essentia in se formaliter includeret omnes tres Relationes, destrueretur hoc mysterium; nulla enim Persona posset habere essentiam, cum Relationes sibi sint oppositæ, sicque in eandem Personam cadere nequeant: ergo nulla etiam Persona haberet Essentiam, vel si haberet, quælibet Persona esset Trinitas, ut latius ostensum est sectione præcedente, num. 6. 7. & octavo. Ad perfectionem ergo infinitam Essentia sufficit, quod Relationes contineat identicæ, sitque rationem nostrâ earum radix, & fundamentum.

Quo sensu Essentia divina sit ens omnium perfectissimum.

SECTIO TERTIA.

Argumenta contententia Relationes includere Essentiam.

I. *Concilium Rhemense solum loquitur de inclusione reali.*

PRO inclusione Essentia in Relationibus obijcit primò illud Concilii Rhemenis, ubi dicitur ipsas etiam personalitates esse Deum, & Pater est Deus, & similia. Respondetur Concilii illi & P. Compton theol. Scholast. Tom. I.

lius Patres illic loqui contra Gilbertum Porretanum, qui realem ponebat inter Essentiam divinam & Relationes distinctionem: unde loquuntur in sensu reali, & identifico; hoc enim ad eorum intentum sufficiebat, ut in simili dictum est supra, numero primo.

Quod autem urgent aliqui, Relationem divinam, non solum esse Deum, sed essentialiter Deum: sensus est Relationem, Paternitatem exempli causâ, petere essentialiter, ut identificetur realiter cum divinâ Essentiâ; hinc tamen non sequitur Essentiam in formali Paternitatis conceptu includi: sicut etiam Essentia petit essentialiter identificari cum Relationibus, hæc nihilominus, ut vidimus, & fatetur P. Suarez, qui hoc argumentum urget, non sunt de conceptu formali Essentia.

Obijcit secundò P. Grañado tract. 3. disp. 4. sect. 2. n. 13. Relationibus divinis tribuenda est omnis perfectio possibilis: sed inclusio divina Essentia est perfectio, & iis possibilis: ergo Respondetur, realiter quidem & identifice Relationes habere omnem perfectionem: at verò formaliter, & ratione nostrâ implicat in iis includi Essentiam; cum Relationes sint respectivæ, Essentia absoluta, Relationes aliquæ sint productæ, Essentia improducta; Essentia communicetur, Paternitas non communicetur; Relationes faciunt numerum & differentiam, Essentia unitatem, &c. hæc autem, diversissima cum sint, licet ob eminentissimam Dei perfectionem, realiter identificentur, non possunt tamen intellectui non præsentandi, ergo unum non est de formali conceptu alterius.

Tertiò obijcit P. Suarez citatus, cap. 7. num. 9. Concipi nequit Paternitas divina, quin in ejus conceptu includatur ens reale: ergo vel ens creatum, vel increatum, non creatum, ut constat, cum in Deo nihil existere creatum possit: ergo Relatio in conceptu suo includit ens increatum, quod tamen sine inclusione Essentia fieri non potest: ergo. Respondetur, nec esse necessarium, conceptâ Paternitate, ut in eâ concipiatur vel ens creatum, vel increatum: sicut conceptâ substantiâ in communi, præcisâ à Deo & creaturis, licet concipi debeat ens, non tamen vel ens creatum, vel increatum, sed præscindens ab utroque. Idem ergo est in præsentî; quamvis enim à parte rei existere nihil possit, quin vel ens creatum sit, vel increatum, nil tamen vetat, quo minus mente quis ab utroque valeat præscindere.

Quartò obijcit idem num. 6. divinitas est de essentia Patris: ergo & de essentia Paternitatis, Paternitas quippe dicit quicquid dicit Pater, ut pote ejus est abstractum; sicut humanitas, abstractum hominis, dicit quicquid dicit homo. Respondetur non esse hic sermonem de Paternitate hoc sensu: sic enim, fateor, idem dicit, quod dicit, Pater: sed hic loquimur de Paternitate ut est Relatio, seu præcisè ut dicit generationem activam, & hoc modo dico illam non includere essentiam, ob rationes jam allatas, maxime cum Concilia & Patres dicant Patrem constitui ex Paternitate & Essentia: ergo illam ab hac distinguunt, ut supra latius dictum est.

Obijcit quintò, cap. illo 7. n. 9. superius & commune includitur semper in inferiore & particulari: sed Essentia divina est quid commune, & ad Relationes refertur, ut Essentialis forma: ergo in earum conceptu, saltem confusè, includitur.

II. *Quaratione Relatio divina sit Essentialiter Deus*

III. *Obij. Relationibus divinis perfectio omnis perfectio possibilis est concedenda.*

Relationes & Essentia sunt diversè conceptus formales.

IV. *Non est necesse in Relatione concipere vel ens creatum, vel increatum.*

Aliud est loqui de rebus ut à parte rei, aliud ut in intellectu.

V. *Divinitas non est de Essentia Paternitatis.*

Paternitas duobus modis sumitur.

VI. *Commune Logicè includitur in inferioribus, non commune per identitatem.*